



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Urkundenbuch der Familie von Mallinckrodt**

Urkunden 1581 - 1650, Nachträge 1397 - 1627, Aufschwörungen,  
Register, Siegel und Denkmäler

**Mallinckrodt, Gustav von**

**Bonn, 1911**

Anhang II. Autobiographie des Münsterschen Domdechanten Bernhard v.  
Mallinckrodt 1635

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31146**

## Anhang II.

# Die Autobiographie des Münsterschen Domdechanten Bernhard v. Mallinckrodt. 1635.

Die Bibliothek des Altertumsvereins in Münster bewahrt unter n. 92 das Manuskript der Autobiographie Bernhards v. Mallinckrodt. Dieser übersandte sie mit Begleitschreiben vom 21. Dezember 1635 an seinen Freund Dr. med. Bernhard Rottendorf<sup>1)</sup> in Münster. Unter n. 397 ebenda findet sich eine hier und da etwas gekürzte deutsche Übersetzung aus der Zeit um 1800<sup>2)</sup>, die freilich an einigen Stellen den lateinischen Text offenbar missversteht. Der Übersetzer<sup>3)</sup> fügt der Selbstbiographie nur wenige Angaben über die weiteren Schicksale Bernhards bei, darunter

1) B. R., auf dessen Aufforderung hin die Lebensbeschreibung verfasst ist, war Münsterscher Stadtarzt und später Leibarzt des Bischofs Christoph Bernhard, des erfolgreichen Gegners Bernhards v. M. (Westfäl. Zeitschr. 30, 73). Er war durch seine Verordnungen zur Pestzeit berühmt geworden (a. a. O. 24, 207). Seine literarischen Neigungen sind bekannt; seine Handschriftensammlung wird gelegentlich erwähnt (a. a. O. 13, 291). Zu der Schrift Bernhards über die Buchdruckerkunst stenerete er eine Gratulatio ad inclutam Maguntiam bei, zu dem Werke De archicancellariis einen Centenarius Hendecasyllaborum. Beide Männer gründeten zusammen mit dem späteren Münsterschen Generalvikar Joh. Rutger Torck eine auch der Geschichtsforschung holde Gelehrtenrepublik (J. B. Nordhoff in den Kunst- und Geschichtsdenkmälern des Kreises Warendorf, S. 66). Es wäre zu wünschen, dass Nordhoffs Anregung zu einer Würdigung dieses Münsterschen literarischen Kreises Beachtung fände.

2) Sie beruft sich u. a. auf Weddigen, Handbuch der hist. und geogr. Litteratur von Westphalen, 1. Bändchen, das 1801 in der Verlagshandlung der Gebrüder Mallinckrodt erschienen ist.

3) Vielleicht Arn. Mallinckrodt in Dortmund?

auch die Nachricht von seiner Ernennung zum Bischof von Ratzeburg<sup>1)</sup>. Einen kurzen Auszug aus der Autobiographie gibt Tücking, Geschichte des Stiftes Münster unter Christoph Bernhard von Galen S. 2/3. Bei der Bedeutung, welche dem Verfasser zukommt, verdient die kleine Schrift wegen der wichtigen Aufschlüsse über seinen Studiengang, seine Konversion, seine literarischen Arbeiten und Pläne den vollständigen Abdruck.

---

1) Vgl. darüber Urk.-Buch II 320 n. 943.

Herm. Keussen.

1635 Dez. 21.

Bernhard v. Mallinekrodt übersendet dem Münsterschen Arzte Dr. Bernhard Rottendorf seine Autobiographie.

Excellentissime Domine Doctor, amicorum intime et optime.

Uter nostrum prolixius ineptiat, tu ad nugandum me invitans, an ego putida facilitate impellenti nimium obsequens, nolo hac vice ad trutinam vocare, ne communem errorem populariter errans illum me sodalitio adsociem, qui aliis largiter imputant, si quid per stultitiam deliquerunt. Absolvo enim iam nunc te huius culpae meque ex asse eius reum agnosco, sic tamen ut amicitiae illam donari flagitem. Nec enim nisi apud unum te huius errati mei venia mihi opus est, quod si ad aliorum notitiam deduxeris, non nisi id proprio feceris periculo, nec eo casu cogi potero culpae tuae poenas dare. In amici sinu et citra multitudinis conscientiam in tempore desipere apud humanos semper licuit; etsi aliter tu statues, feceris id in non repugnantem, et praeclare mecum actum putabo, si desipientem me non nisi unus rideat. Id ut facias, duplex te invitabit illicium: tum quod hoc mare stoliditatis plus satis confidenter intraverim, tum quod vanitatis vela omnia nisi prodige inflaverim. Neutrum excuso: nec diffiteor iucundum mihi fuisse viridioris aevi hanc imperatam rememorationem, eoque longius per imprudentiam provectus sum, quam destinatum erat. Sed quicquid hoc est, boni a te consuli velim, cui hoc obsequium meum non prorsus displicuisse sic certus ero, si hoc exemplo meo provocatus paululum et ipse de Hippocratica gravitate remittens paria hac in re facere non gravaberis. Sed rogo te, ne quae ad calcem plus satis magnifice et prodige polliceor (quis enim non promissis dives esse potest!), satyrica crisi enecare velis. Non tam stultus sum, ut ad ista praestanda ingenium et vitam mihi suffectura esse mihi vana persuasionem imaginer. Utinamque de tot vel unum atque alterum sine acerbioris reprehensione pertractare sufficiens sim! Potius desiderium meum indicatum volui, quid in designatis istis optem a te aliisque Musarum torculis praestari. Puto enim pleraque esse, in quibus operae aliquod pretium ab idoneis praestari possit. Certe subinde cum in eiusmodi materias incido, videor de plerisque plenioris et accuratioris aliquem tractatum haud iniuria requirere, adeoque gratiam apud me (puto et apud alios) inibit, quisquis in his me praevenire et materiam praecipere voluerit, tantum abest, ut me offendere id agens possit. Habui tamen et aliam causam huius meae apud te ostentationis,

ut, si deinceps me cessatorem esse videas, huic castigationis tibi materia in promptu sit, iustissimaque increpatione ex hoc me albo e torpedinis veterno excites, quando non eiusdem hominis est plurima polliceri et praestare nihil. Verum de hoc postmodum videamus. Mihi certe constitutum est, quoad per valetudinem licebit, quicquid negotiis subtrahi poterit temporis, delicatissimo studiorum otio totum dicare et haecenus circa ambitiosas curas discursantium tumultus in sinu ridere et genero(se) despiciere, ut tamen nolim, si quid benignioris sortis citra inanem et cruciabilem anxietatem deinceps obvenire mihi possit, ingrata et prae fracta erga Numinis bonitatem obstinatione superbe reiicere. Vale, Musarum decus, 21. decembris anni 1635.

Excellentiae tuae officiosissimus Bernardus a Mallinckrot. Pignit has nugas relegere ideoque, ut et tu cum venia illas legas, peto.

Vgl. oben U.-B. II 340/341 n. 1044. — Am Rande: Litterae Bernardi Mallinckrotii ad Bernardum Rottendorf, medicum Monasteriensem, quibus vitam suam describit.

Natus est N. N.<sup>1)</sup> anno 1591 in vigilia s. Andreae apostoli in arce paterna N.<sup>3)</sup> sita in Alensis oppidi suburbana veteri parochia, eo dioecesis Monasteriensis tractu, quem olim Bructeri priscorum temporibus insederunt (id ex Tacito et Dione liquet), postmodum Drenae nomen nactus est<sup>4)</sup> (ita enim in Francorum annalibus, vita Caroli Magni, literis antiqui Leisbornensis coenobii ac alibi nominatur), eamque appellationem etiam nunc obtinet. Parentes habuit Henricum a N. et Rembertam Krevet de Alfen, quam mater Anna de Wendt ex Crassenstein post mariti obitum postumam et unicum peperit ideoque paterno praenomine appellandam censuit. E sacro fonte inter caeteros levatus est a Bernhardo de Westerholt de Lembeck, Monasteriensi canonico et ad s. Mauritium extra muros praeposito, a quo praenomen ipsi inditum. Prima litterarum rudimenta sexennis fere in arce Lembeccensi<sup>5)</sup> percepit, condiscipulo amitino<sup>6)</sup> suo Bernardo de Westerholt iuniore, loci illius herili filio, quem deinceps etiam ad Nottelensem ac statim ad Osnaburgensem Carolinam scholam<sup>7)</sup> aliasque comitatus est, donec clericatus primordia ab illius contubernio avellerent. Haec autem illo

1) Bernhard v. Mallinckrodt.

2) 1591 Nov. 29.

3) Küchen.

4) Teil des Münsterlandes (der Dreingau an der Lippe).

5) Lembeck im Kreise Recklinghausen.

6) Vetter, von des Vaters Schwester abstammend; letztere, Elis. Mallinckrodt, hatte sich 1568 mit Bernhard v. Westerholt, Herrn zu Lembeck, verheiratet: U.-B. I 426/432 n. 881.

7) Das Schülerverzeichnis dieses Gymnasiums ist erst v. J. 1625 ab erhalten: Jaeger im Progr. des Gymnasiums 1903.

tempore (anno 1599) Widenbrugam ob grassantem Osnaburgi pestem translata erat, ibique praeceptorem tunc habuit Matthaepum Tym-pium<sup>1)</sup>, supremum istius gymnasii moderatorem, virum scriptis clarum deque pietate et libris non male meritum. Verum nec illic ultra semestre haesit, missus inde cum praedicto amitino suo fratreque primogenito<sup>2)</sup>, ecclesiae Osnaburgensis hoc tempore canonico et cantore ac ad s. Ioannem ibidem in nova civitate praeposito, ad Tremoniensem scholam sub disciplina et institutione privata Bernardi Oer, aviae paternae<sup>3)</sup> fratris naturalis filio legitimo, qui postmodum Marpurgi, ubi eiusdem sequentibus annis hospitio et familiaritate gavisus est, iuris doctor vixit et obiit. Illic rectorem tunc adhuc agebat Fredericus Beurhusius<sup>4)</sup>, veneranda canitie senex, Ramisticis concertationibus<sup>5)</sup> suo tempore non incelebris, ibique biennio fere exacto apud Her[mannum] Embsinckhovium, ad d. Ni-<sup>10</sup>colai praedicantem<sup>6)</sup>, cuius exstat contra Georgium<sup>7)</sup> Braun, decanum ad Gradus s. Mariae Colon., loci archidiaconum<sup>8)</sup>, virulentum scriptum<sup>9)</sup>, hospitii iure commoratus est. Missus inde est anno 1602 tempore autumnali in eodem, de quo prius, comitatu ad illustrem scholam Steinfurtensem<sup>10)</sup>. Ubi cum alterum mensem ageret, circa ferias natalitias Mindam evocatus est, undecimum iam ingressus annum, liberalitate patris sui d. Eberhardi a N., loci istius decani et nobilium virginum in Leverensi coenobio praepositi<sup>11)</sup>, canonicatum et praebendam conferente Hermanno Stael de Suthausen, Halberstadiensi ac Mindensi canonico<sup>12)</sup>, illic consecutus obtinuitque eorundem possessionem die ultima decembris eiusdem anni. Deinceps igitur ludum Mindensem<sup>13)</sup> apud s. Paulum, ubi

1) Lic. theol., wohl derselbe, der nach Jöcher, Gelehrtenlexikon 4, sp. 1214 als Prediger am Dom zu Münster bekannt ist.

2) Heinrich.

3) Mechtild v. Oer, Frau Heinrichs Mallinckrodt.

4) Beurhaus war 1535 zu Imecke bei Meinerzhagen geboren, wurde 1567 Prorektor, 1582 Rektor der Dortmunder Schule; er starb 1609; vgl. über ihn: Beiträge zur Geschichte Dortmunds 13, S. 16 und 23/4.

5) Die Streitigkeiten, die sich an das Auftreten des Gegners der Scholastik Petrus Ramus († 1572) knüpften.

6) Die Uebersetzung fügt hinzu: zuerst Professor der hebräischen Sprache zu Rostock.

7) Vorlage irrig: Nicolaum.

8) Braun hatte verfasst: Catholicorum Tremoniensium adversus Lutheranæ ibidem factionis Praedicantes defensio, Autore G. Braunio etc. Coloniae typ. Bern. Gualtheri 1605. [Köln, Stadtbibliothek: Wallr. F. IV 13.]

9) Diese Schrift, auch erwähnt bei Weddigen, Hist. und geogr. Litteratur Westphalens S. 144, ist nicht mehr aufzutreiben: Beiträge zur Geschichte Dortmunds I 164.

10) Die Schule zu Steinfurt, das Gymnasium illustre Arnoldinum, bestand seit d. J. 1591: Westfäl. Zeitschr. 43, 126 ff.

11) Eberhard Mallinckrodt, Domdechant in Minden, Propst in Leveren.

12) Er trat nach dem Tode seines Bruders Wilhelm in den weltlichen Stand über: Fahne, Geschichte der Herren Staël-Holstein I 261.

13) Vgl. darüber Westfäl. Zeitschr. 35 II, 17 f.

melioribus temporibus celebre fratrum Predicatorum monasterium fuerat, ad annum usque 1606 frequentavit ibique graecae linguae primordiis utcunque initiatus est, in qua maiorem profectum non fecisse perpetuum dolet. Sub Ioannis a Bernieckhausen, Susatensi, scholasticae pubis ephori assidui et severi, tamquam loci illius rectoris, ibi disciplina et regimine fuit. Ac anno praedicto Coloniam et Laurentianum gymnasium<sup>1)</sup> mittendus iterque iam ingressus ob grassantem illic eo tempore gravissimam pestilentiae luem<sup>2)</sup> in praedicta Lembeccensi arce, quousque patruo deducente pervenerat, per integram fere hyemem medio in itinere substitit; pertaesus autem longioris morae, dum non remittit illic, quo ire destinaverat, epidemicum malum, per menses aliquot Steinfurtum rursus discedit, ubi Conradus Vorstius, qui postmodum sectam illic suam novis erroribus denuo dissecuit<sup>3)</sup> ac iam tunc monstri aliquid alex suspectus erat, et Iohannes Gigas, medicus et mathematicus celebris<sup>4)</sup>, tunc temporis praeter ceteros profitebantur, hospitemque illic naectus est Clementem Timplerum, philosophum clarissimum et scriptis editis ob exquisitiorem methodum doctioribus mire probatis longe celeberrimum<sup>5)</sup>. Mense deinde septembri eiusdem anni 1607  
 2a Minda Helmstadium ad studiorum continuationem | mittitur, ubi non integro haesit anno, hospitio et mensa usus Henrici Meibomii, historici et poetae excellentissimi, patria Lemgoviensis ac historiarum in ista Iulia universitate professoris<sup>6)</sup>. Is tempore illo in flagranti gratia florebat Henrici Iulii, Brunsvicensis ducis<sup>7)</sup>, cuius etiam contra Brunsvicum refractoriam editos tomos, qui tunc temporis sub incude constituti praela exercebant, ex antiquitatis monumentis illustratum et adiutum ibat, quem etiam principem hac<sup>8)</sup> occasione ab hospite prandio excipi vidit, eidemque cum reliquis convictoribus ad mensam inservivit. Albo studiosorum illic inscriptus est<sup>9)</sup>

1) Damals (1593—1615) war Caspar Ulenberg aus Lippstadt Regens des Laurentianer-Gymnasiums; vgl. über seine Persönlichkeit: Beiträge zur Geschichte Kölns und der Rheinlande S. 206 ff.

2) Die Pest wütete seit dem Sommer 1606 in Köln: Crombach, Annales (Handschr. im Kölner Stadtarchiv) III 903; die Einwirkung der Pest auf die Frequenz der Universität ergibt sich aus den Immatrikulationsziffern der Jahre 1605—1609: 1605: 149, 1606: 99, 1607: 77, 1608: 133.

3) Er wurde des Socinianismus verdächtigt: Allg. deutsche Biogr. 40, 309 bis 311; Westfäl. Zeitschr. 43, 127.

4) Der bekannte Geograph Joh. Mich. Gigas, geb. 1580, Leibarzt des Kölner Kurfürsten Ferdinand von Bayern: er lebte noch 1650.

5) Clemens Timpler, ein philosophischer Schriftsteller, verfasste ein Systema methodicum metaphysicae: Zedlers Univ.-Lexikon 44, 246; Westfäl. Zeitschr. 43, 127.

6) H. M. 1555—1625, seit 1583 Professor der Dichtkunst, seit 1596 auch der Geschichte in Helmstedt; vgl. Geschichte der ehemaligen Hochschule Julia Carolina zu Helmstedt (H. 1876), S. 20.

7) Herzog Heinrich Julius von Braunschweig-Lüneburg (1589—1613) war damals mit seiner Hauptstadt verfallen.

8) Vorlage: hoc.

9) Nach Auskunft der Wolfenbütteler Bibliotheksverwaltung kommt der Name M. in der Helmstedter Matrikel in den Jahren 1601—1610 nicht vor.

sub Henrico Boethio, theologo, pro tempore prorectore<sup>1)</sup>, et ex professoribus celebrioribus suo tempore supererant Daniel Hoffmannus, theologus<sup>2)</sup>, Iohannes Caselius, philologus<sup>3)</sup>, et Valentinus Forsterus, iurisconsultus<sup>4)</sup>, aetate grandaevi et decrepiti omnes, e caeteris Cornelium Martini, Antverpiensem, philosophum<sup>5)</sup>, acrem Ramacorum antagonistam, Casparum Pfafradium, Montensem, theologum<sup>6)</sup>, Henricum Gronefeldium, Osnaburgensem, iurisconsultum et consiliarium ducalem, cui utpote patris et patruī olim in eadem academia paedagogo specialiter commendatus erat, et Ioannem Freitagium, Osnaburgensem, medicum et poetam, illic novit, quorum ultimus post annos aliquot ad professoriam dignitatem, qua reliqui illi omnes iam tunc eo tempore conspicui erant, illuc auctus est, eodemque hoc tempore Groningae apud Frisios idem fungitur<sup>7)</sup>. Regressus deinde Mindam mense iulio (anni 1608) ad anniversariam capitularem congregationem integro illic et ultra anno substitit<sup>8)</sup>, missus sequentis anni (1609) septembri mense Marpurgum<sup>9)</sup>, ubi deinceps stabilius musarum domicilium fixit, ad annum usque 1615 eo in loco commoratus, nisi quod praeter quotannalem ex ecclesiae observantia domuitionem, semel atque iterum ob dysenteriae ac pestis contagionem recedere coactus est. Si quid igitur in literis profecit, quod, quam sit perpusillum, ipsemet sibi omnium optime conscius est, id huic se loco, cuius ea de causa gratissima apud ipsum memoria est, se maximam partem | debere libenter et in-<sup>21</sup> geneue fatetur. Peste autem anno 1611 primo cum academia universa Francobergam<sup>10)</sup> expulsus, indeque invalescente et illic eiusdem morbi grassatione Herbornam tanquam locum vicinum ad tempus, dum vis morbida remitteret, secedens<sup>11)</sup> illic N. Ficino,

1) Ueber den Helmstedter Theologen Heinr. Boethius s. Geschichte usw. S. 20.

2) † 1611.

3) Joh. Caselius, geb. 1533 zu Göttingen, ein Schüler Melanchthons, seit 1590 in Helmstedt: Geschichte usw. S. 18, 20.

4) Valentin Forster 1530—1608 (†), seit 1595 angesehener Rechtslehrer in Helmstedt.

5) Corn. Martini, 1568 in Antwerpen geboren († 1621), Schüler des Caselius, seit 1592 Professor der Logik in Helmstedt, berühmt durch seine Metaphysik; 1601 hatte er in Regensburg mit dem Prof. Gretser S. J. disputiert: Geschichte usw. S. 18—20.

6) Casp. Pfafrad, 1562—1622, seit 1588 Professor in Helmstedt, eifriger Ramist.

7) Joh. Freitag aus Wesel 1581—1641, Prof. der Medizin in Helmstedt, dann Leibarzt des Bischofs von Osnabrück, abgesetzt „wegen der Religion“, 1631 Professor in Groningen: Foppens, *Bibl. belgica* 642; Jücher 2, sp. 741.

8) Der Aufenthalt in Minden 1608/9 war offenbar durch die Residenzpflicht infolge der Pfründe Bernhards notwendig.

9) Die Immatrikulationsnotiz: Westfäl. Zeitschr. 55 II, 119; vgl. U.-B. II 170 n. 421.

10) Frankenberg an der Eder in Oberhessen. — Ueber die damalige Verlegung der Universität vgl. a. a. O. Anm. 4.

11) Er wurde dort am 1. Oktober 1611 in die Matrikel eingetragen: Zedler-



iurisconsulto, docto et humano praeceptore<sup>1)</sup>, usus est. Vidit ibidem Iohannem Piscatorem, inter suos magni nominis theologum<sup>2)</sup>, et Iohannem Henricum Alstedium<sup>3)</sup>, praeter alia, quae edidit, publicatis duobus praegrandibus encyclopaedie tomis celebrem, illum tunc temporis decrepitem, hunc viridis aevi et famae celebrioris, nuperum ambitorem. Inde autem verno tempore anno 1612 Marpurgum regressus sequenti aestate Francofurtum adiit, cum illic iulio mense Matthias Imperator Caesaream peracta electione<sup>4)</sup> coronam susciperet, magna electorum et principum frequentia ac speciatim omnium fere, qui se protestantes dici volunt, conventum istum illustrante, atque adeo ex ipso electorali collegio praeter unum Brandeburgicum nemo abfuit. Eodem anno de probationibus disputationem patroo utpote studiorum suorum nutritio excudi fecit publiceque defendit sub Hermanni Vultei, famosissimi iurisconsulti praesidio, cuius tamen vices subiit gener eius Christophorus Deichmannus<sup>5)</sup>, is qui ex consiliario Hassiaco et Marpurgensi antecessore deinceps Lippiensem cancellarium per annos aliquot egit. Habuit ibidem anno 1615 paucis ante abitum septimanis et aliam sub Iohanne Goeddaeo disputationem de miscellaneis aliquot iuris quaestionibus<sup>6)</sup>. Eodemque anno Coloniam pro studiorum cursu prosequendo abiit, ubi statim ab initio, quod ab aliquo iam tempore fluctuans dubitansque versaverat, consilium de amplexanda catholica religione, tam luculenta obtenta occasione, si errorum ex sacris literis et veteris ecclesiae sanctorumque patrum autoritate et consensu convinci posset, effectui dare institit. Dum igitur huic fini in notitiam doctoris theologi Caspari Ulenbergii, | Lippiensis, ad d. Columbae tunc tempore pastoris<sup>8)</sup>, viri doctrina et pietate indeque conciliata celeberrima fama inclyti, se insinuare laborat, deterritus gravissimis illius viri laboribus continuisque occupationibus (in vertendis enim in germanicum bibliis sacris tunc temporis totus erat<sup>9)</sup>, sed et extrema fere senecta; nec enim octogenario minorem fuisse puto<sup>10)</sup>. Com-

Sommer, die Matrikel der Hohen Schule und des Pädagogiums zu Herborn S. 58 n. 1534. — Vgl. U.-B. II 193 n. 486.

1) Wolfgang Ficinus, dr. utr. iur., war damals Rektor: Matrikel a. a. O. S. 57.

2) Joh. Piscator war 1584 erster Rektor der Herborner Hochschule gewesen: a. a. O. S. 5.

3) Alstedius war i. J. 1619 Rektor in Herborn: a. a. O. S. 73.

4) Matthias war am 13. Juni gewählt worden; über die Krönung vgl. Janssen, Deutsche Geschichte 5, 626.

5) Ueber Christoph Deichmann vgl. Westfäl. Zeitschr. 29, 57.

6) Diese Disputation fand am 20. Mai 1615 statt; vgl. U.-B. II 211 n. 543.

7) Für Ulenberg vgl. oben S. 478 Anm. 1.

8) Er war Pfarrer von S. Columba seit 1605.

9) Diese Bibelübersetzung erschien erst lange nach Ulenbergs Tode i. J. 1630, herausgegeben von seinem Nachfolger Heinr. Francken-Sierstorff: Hartzheim, Bibliotheca Coloniensis S. 53.

10) Da Ulenberg 1549 geboren war, war er i. J. 1615 erst 66jährig.

modum accidit, ut domini Weideni, ad s. Severinum decani ac canonici ad d. Virginem in Capitolio<sup>1)</sup>, opera et commendatione familiaritatem contraxerit cum Ernesto Cholino, theologiae tunc temporis licentiate, postmodum doctore, canonico ad s. Andream (fuit is e sorore nepos Iohannis Cholini, presbyteri in aede metropolitana et praepositi Bonnensis<sup>2)</sup>, serenissimi Ferdinandi Bavari Electoris quondam studiorum praefecti, cuius sedulitate et indefesso studio, frequenti etiam lectione Controversiarum cardinalis Bellarmini<sup>3)</sup>, Catechismi Canisiani<sup>4)</sup> aliorumque librorum orthodoxorum per Dei gratiam effectum est, ut ad sanctae matris catholicae ecclesiae gremium sub initium anni 1616 aetatis suae 24. se contulerit, excipiente primam eius confessionem Ioanne Coppero, Lunensi<sup>5)</sup>, collegii patrum societatis Iesu tunc temporis rectore, qui postmodum<sup>6)</sup> universae Rhenanae provinciae ultimus ac post subsecutam suo tempore<sup>7)</sup> divisionem superiori Rheni tractui deinceps primus praepositus provincialis aliquot annis praefuit. Factum id 11. martii anni 1616 praedicti die<sup>8)</sup> s. Gregorio papae sacra, quam exinde sibi religiosius anniversaria observantia colendam censuit. Receptus ibidem ab Henrico Coffraeo, Erkelensi, theologiae doctore et ad s. Gereonem canonico ac scholastico, in studiosorum almae universitatis Coloniensis matriculam<sup>9)</sup> primam coram illo praestitit fidei catholicae professionem<sup>10)</sup>, saepius postea variis exigentibus causis et occasionibus iteratam, in qua etiam nunc eo, quod extra catholicam unitatem non reperiatur firmum et infallibile fidei fundamentum, constantissime perseverat, et per Dei gratiam moriendi in eadem propositum habet. Regressus deinde media aestate in Westphaliam, patrum et parentum ob mutatam religionem infensos animos delinire institit effecitque sua et aliorum opera ut priorem ubique retinuerit gratiae locum. Mortuo<sup>11)</sup> deinceps sequenti anno 1617 18 ian. stil. vet.<sup>11)</sup> in climacterica

1) Johann Weiden war 1608–1624 (oder 1633) Dechant von S. Severin: Hess, Die Urkunden des Pfarrarchivs von St. Severin in Köln S. 320 Anm. 1.

2) † 1629; er war seit 1612 Bonner Propst: Alfter, Series praepositorum (Hs. im Kölner Stadtarchiv), S. 90; vgl. über ihn Mitteil. aus dem Stadtarchiv von Köln 33, 111 n. 239.

3) Disputationes de controversiis fidei adversus huius temporis haereticos. Rom 1581.

4) Zuerst erschienen i. J. 1554; 1586 erschien der Kommentar des Petrus Busaenus.

5) Joh. Copper aus Lünen 1563–1636, seit 1608 Rektor des Kölner Kollegs; vgl. über ihn Müller, Die Kölner Bürger-Sodalität S. 194.

6) Im Herbst 1616: Bianco, Geschichte der Univ. Köln I 947.

7) 1626: Reiffenberg, Hist. Soc. Jesu ad Rhen. inf. I 643/4.

8) Richtiger: vigilia

9) Am 4. Mai 1616: U.-B. II 214 n. 559.

10) Die Eidesleistung war nicht möglich, so lange B. Protestant war. — Die Literae annuae collegii Colon. (Köln Stadtarchiv, Jes. 9, 257a) erwähnen den Uebertritt nur kurz ohne Namensnennung: Ad fidem catholicam posita haeresi rediere centum viginti duo — alter canonicatu insuper apud haereticos adstrictus.

11) Es muss heißen nov.; denn Eberh. v. M. starb am  $\frac{8}{18}$  Jan.; vgl. U.-B. II 218 n. 574.

aetate<sup>1)</sup> patruo multis nominibus de se meritissimo fortunae suae gravissimam iacturam subiit eo quidem, si mundus et secularia spectentur, maiorem, quod eidem in dignitatibus forte successurus fuerit, nisi catholicae fidei novitia professione illa se spe ipsemet defraudasset. Quam tamen iniquae sortis sinisteritatem nunquam inter adversa computavit longe posthabitis temporalibus potiori coelestium et aeternorum curae. Invitatu autem Arnoldi a Buchholtz<sup>2)</sup>, Hildesiensis praepositi, cui postea parilis dignitas in Leodiensi etiam ecclesia accessit, in comitatu eius Hildesii et Leodii per aliquot menses haesit. Dumque eodem anno iter in Galliam adornare cogitat, bellicis in illo tractu motibus<sup>3)</sup> deterritus aliisque retentus remotis in sequentem usque annum privatis se domi studiis oblectans apud suos substitit ac fautorum suasu suapteque inclinatione Italiam Galliae praefecit. Autumnales igitur Francofurtenses nundinas<sup>4)</sup> eo animo et proposito, ut Italiam peteret, visitans forte fortuna illic in Theodorum Sickmannum, conterraneum suum<sup>5)</sup>, qui Monasteriensis postea consiliarius ac fisci advocatus et Verdensis cancellarius fuit, eousque sibi ignotum, bonis avibus<sup>6)</sup>, quem idem meditantem iter Romam usque comitem habuit, eamque ingressi sunt ipso omnium Sanctorum<sup>7)</sup> festo die anni 1618. Viditque eo ipso die summum pontificem Paulum V cum solemnibus cardinalium comitatu in capella Sixtiana ad s. Petrum in Vaticano vesperarum solemnibus celebrantem. Illic moratus est sine aliqua absentatione<sup>8)</sup> usque ad mensem februarium anni 1620 perpetuo contubernio adhaerens sobrius suo Theodoro Wilhelmo Krevet<sup>9)</sup>, e primaria dioecesis Paderbornensis nobilitate, Monasteriensis tunc temporis canonico, qui paucis septimanis post huius nostri adventum e Patavino gymnasio, ubi nationis Germanicae consulem egerat, et ipse Romam appulerat. Fuerat autem noster recommendatus a Serenissimo Coloniensi cardinalibus Bellarmino<sup>10)</sup> et Borghesio<sup>11)</sup>, cuius etiam utriusque et illius maxime singularem humanitatem cum liberalissima benevolentiae oblatione expertus est ac a Bellarmino paulo ante abitum ad | contemplandam consistorii cardinalitii maiestatem introductus fuit. Observavit illic praecipue Petrum Man-

1) Im gefährvollen Alter; der Oheim war bei seinem Tode 63 Jahre alt.

2) Er ist anscheinend 1633 gestorben: Westfäl. Zeitschr. 50, 165.

3) 1617 Komplott in Frankreich, das am 24. April zur Ermordung Concinis und im Juli zur Hinrichtung der Leonore Galigai führte.

4) Die Frankfurter Herbstmesse dauerte vom 15. August bis zum 8. September.

5) Die Familie S. ist in Rheine nachzuweisen.

6) Es ist etwa zu ergänzen: incidit.

7) Nov. 1.

8) Vorlage: abnse.

9) Ueber ihn vgl. Westfäl. Zeitschr. 35 II 117 ff., 143 ff.

10) Der berühmte Kardinal Robert Bellarmin, † 1621.

11) Scipione Caffarelli B., der von seinem Oheim Papst Paul V. zum Kardinal erhoben worden war.

derum Luxemburgium, praepositum Olebergensem in Alsatia, curiae apostolicae praelatum et Serenissimi Coloniensis aliorumque Germaniae procerum aliquot apud s. Sedem residentem, ac Iohannem Honorium ab Axel<sup>1)</sup> Ultraiectinum, iurisconsultum et advocatum magni nominis, agentem capituli Monasteriensis, cuius etiam opera Octavio Baudino cardinali, Germanicae nationis amatori summo, innotuit frequentibusque officiis eidem se approbavit. Eiusdem domini Honorii bibliotheca quotidie ipsi humanissime patuit, libris omnis generis et maxime iuridicis refertissima. Dum Romae moratur, Serenissimus Coloniensis ad intercessionem domini Theodori a Plettenberge<sup>2)</sup>, canonici Paderbornensis et Monasteriensis ac respective cellerarii, (hodie meritis suis Paderbornensis ecclesiae maioris praepositi), interveniente etiam patris Petri Winacii, Soc. Iesu presbyteri, Suae Celsitudinis confessarii, opera et directione vacantes per obitum Lubberti ab Hatzfeldt, decani Xantensis et canonici Monasteriensis, canonicatum et praebendam ipsi gratissime confert. Quam gratiam putavit etiam non modice promovisse cardinalis Aldobrandini<sup>3)</sup> haud ita diu ante obtentas et transmissas ad suam Celsitudinem commendatitias. Haec nimirum sunt papalium indultorum miracula, ut et in ipsa curia existentes alibi beneficiorum piscaturam facere debeant. Regressurus igitur in patriam sub finem februarii anni 1620 Neapolim et vicina loca Romanorum veterum deliciosis secessibus nominatissima, Baias, Puteolos, Misenum, Baulos, Cumas etc., et inde revertens de via Montem Cassinum prius invisit, factoque deinceps, postquam ante abitum ad pedum oscula a sua Sanctitate admissus fuisset et sanctam benedictionem cum gratiis aliquot obtinisset, per Spoletum et Lauretum ac consequenter per Bononiam, Ferrariam, Patavium itinere celebritati marinae desponsationis in dominicae ascensionis festo<sup>4)</sup> Venetiis interfuit. Postmodum Patavium retrogressus per Vicentiam, Veronam, Mantuam, Cremonam appulit Mediolanum, ubi celebrato pentecostes<sup>5)</sup> festo Ticinoque prius obiter lustrato per Rhaeticas Alpes et montem s. Gothardi in Helvetiam descendit traiectoque<sup>4b</sup> Lucernensi lacu Basileam, indeque secundo Rheno Argentoratum et Spiram, mox terrestri itinere Wormatiam et Moguntiam rursusque omnem navigans Coloniis sanus et incolumis appulit mense iunio, comitem totius itineris nactus sobrinum suum Krevet, de quo supra. Igitur in patriam reversus et peracta anno 1622 in Monasteriensi ecclesia emancipatione, cum anno 1625 mense septembri d. Heiden(ri)cus à Lethmate, decanus Monasteriensis in do-

1) Nach Foppens, Bibl. belgica 661 Joh. Hon. van Axel de Seny, der 1627 in Rom das Collegium s. Norberti stiftete.

2) Vgl. über ihn Westfäl. Zeitschr. 47, 132.

3) Der bekannte Freund der Wissenschaften Kardinal Pietro A.

4) Mai 28.

5) Juni 7.

mino obiisset, concordibus suffragiis dominorum de capitulo, praecipuo negotii directore et promotore benememorato domino celerario a Plettenberg, benignissimo et maximo fortunae eius fabro, praeter meritum suum in locum demortui assumptus est.

Ibidemque in Summa aede sequentis anni (1626) autumnalibus quatuor temporibus<sup>1)</sup> sacerdotii ordinem per manus reverendissimi domini Iohannis Nicolai, episcopi Aconensis, suffraganei Monasteriensis<sup>2)</sup>, suscepit. Contigit<sup>3)</sup> deinde anno 1630, ut ob factam praecedenti anno edicti Caesarei publicationem capitulum Mindense ad electionem coadiutoris de assensu illustrissimi Christiani, ducis Luneburgici, praetensi eo tempore episcopi et cedere recusantis, procederet, quod incidit in diem 13. februarii, factumque est, ut et tunc vota unanimia in praedicti nihil eiusmodi ambientis ac ne cogitantis quidem personam convenirent, quae res magnam ipsi apud aliquos invidiam nec minorem molestiam conflavit, eiusque rei etiam nunc necdum videt<sup>4)</sup>. Hac autem de re cum publice satis nota sit, non attinet multa dicere. Aeque tamen animo, quicquid hoc est infortunii, hactenus tulit, dumque in studiorum suavissima oblectatione unice acquiescit insanas illas de temporarii honoris vanitatibus concertationes, quatenus licet et integrum est, facile despicit et insuper habet, potius operam dans, ut non per humilium curarum vilitatem de suo tantum aevo sollicitus fuisse videri possit<sup>5)</sup>. Atque antiquitatis quidem cognitio, qua se pro eo, quo erga historiam aliasque bonas literas afficitur affectu, teneri non diffitetur, cuivis vel mediocriter studioso prompta et obvia est. Posteritatis autem notitiae non nisi felicia ingenia quaeque genio praeditos eoque victuros libros progignere possint, sese insinuandi spem habent, superatque votum illud coeptum eius. Ne tamen inutile telluris pondus esse dicatur, negotiorum tetricitati  
<sup>5a</sup> temporis non nihil subtrahens id|curare, subsecivis horis laborat, ut lectionis taedium alternatione styli qualicumque sui, subinde levat, adeoque rudi Minerva et quasi aliud agens ad excutiendam desidiam et ingratum torporem leviusculae, quae sequuntur, hactenus per otium utcumque deformavit:

1. Apologiam pro Westphalia contra Lipsium et Isaacium Pontanum.

2. Ad illustrationem Historiae saxonicae Commentationem duplicem 1. de episcopatu et scholarum in Saxonia fundatione, 2. de locis Saxoniae quorum . . . in Romanorum historiis et Francorum annalibus mentio est.

1) Sept. 16—19.

2) Der Weibbischof Joh. Nic. Claessens: Westfäl. Zeitschr. 40, 189 f.

3) Ueber die folgenden Ereignisse vgl. U.-B. II 313 ff. n. 916.

4) Zu ergänzen: finem.

5) Am Rande von gleicher Hand: Quid Ratisbonae et Viennae ac alibi huius controversiae causa actum sit, longum esset hic referre velle, de quibus etiam actis operae pretium visum fuit separatim et accuratius dudum egisse.

3. De ortu et progressu artis Typographicae dissertationem historicam<sup>1)</sup>.

4. De scriptoribus latinis ab ultima origine Romani nominis usque ad inclinationem Imperii et praevalentem barbariem libros 9.

5. Notitiam Westphaliae, ad cuius exemplum omnes decem Germaniae circulos videbit, ut aut ipse aut alii describant.

6. De laudibus Belli declamationem ludicram scriptam eo tempore, quo comitis Egonis Furstenbergici<sup>2)</sup> adventu anno 1634 mense septembri finiente patria non nihil respirare cepit et hilarior quidam genius plerosque afflasse visus fuit.

7. Censuram controversiae inter Cluverium<sup>3)</sup> et Isacium Pontanum<sup>4)</sup> de alveis et ostiis Rheni.

8. Orationem, qua Ciceronianus Erasmi<sup>5)</sup> a Scaligeri<sup>6)</sup> et Doleti<sup>7)</sup> calumniis vindicatur.

His forte accedent, si Deo placuerit et operae pretium fuerit:

1. De vita et scriptis Erasmi Roterdami contra obtrectatores et calumniatores eius assertio catholica<sup>8)</sup>.

2. Originum Ecclesiasticarum libri 2.

3. Vita Imperatorum Germanorum ad exemplum Suetonii.

4. Historia Germanica usque ad occupatas a nostratibus occidentalis Imperii provincias libris 10.

5. Virorum et mulierum illustrium vita libris 12.

6. De fluminibus Germaniae iuxta idaeam Massoni<sup>9)</sup>.

7. De claris Bernardis ad imitationem Antonii Sanderi Gandavi, qui de claris Antoniis librum edidit<sup>10)</sup>.

8. De Provinciis Romani imperii earumque initio, duratione et interitu.

9. Trifolii verae sapientiae libri tres.

10. Epistolicarum quaestionum Decades aliquot.

11. Nomenclator sanctorum duplex: 1. de illis, qui (a) Surio<sup>11)</sup> et Lipmano<sup>12)</sup> praeteriti sunt, ac Martyrologio continentur, 2. illorum, qui neque in hoc neque apud illos reperiuntur.

1) Von den hier aufgeführten Schriften ist nur n. 3 zum Druck gelangt: U.-B. II 356 n. 1118.

2) Vgl. Westfäl. Zeitschr. 22, 180 ff. — Die Jahreszahl ist unsicher.

3) Cluverius, Ph., Germania antiqua 1619 L(ugd.) B(atav.).

4) Pontanus, Joh. Is., Disceptationes chorographicae de Rheni divortiiis et ostiis. Amsterd. 1617.

5) Der Dialogus Ciceronianus des Erasmus.

6) Scaliger, Jul. Caes., Oratio pro Cicerone contra Erasmus. Paris 1531.

7) Dolet, St., Dialogus de imitat. Ciceroniana adversus Erasmus pro Gn. Longolio. 1535.

8) Diese Schrift wird in der Münsterschen Dombibliothek aufbewahrt.

9) Joh. Papius Masson verfasste eine Descriptio fluminum Galliae. Paris 1618.

10) A. S. ist bekannt als Verfasser einer Flandria illustrata und einer Chorographia sacra Brabantiae. Das angeführte Werk erschien i. J. 1627 in Löwen.

11) Surius, Vitae Sanctorum. Coloniae 1570 u. ö.

12) Lippomanus, Aloys., Historiae de vitis sanctorum, Venetiis et Romae 1551—1560.

12. Bibliotheca illustrium scriptorum in modum veteris Photianae<sup>1)</sup>.
13. Historia Ecclesiastica Germaniae.
14. De vera et recta ratione extirpandi haereses.
15. Disceptationes Historicae variae accuratius enucleatae.
16. Catalogus quadripartitus Episcoporum Westphaliae.
17. Miscellanea philologica.
18. Westphalia illustrata.
19. Historia censurarum ecclesiasticarum.
20. De Germanorum Imperatorum et principum cruciatis aliisque in terram sanctam expeditionibus.
21. De sectis veterum et recentium Philosophorum.
22. De veritate religionis Catholicae supplementum libelli Grotiani de religione Christiana<sup>2)</sup>.
23. De imitatione s. Pauli sive de vita apostoli et ex illa fructibus in illud ad Corinth. I Cap. 11: Estote imitatores mei, sicut et ego Christi.
24. De iuribus Imperii et vero statu controversiae illarum contentionum, quae inter sacerdotium et regnum superioribus saeculis fervuerunt.

---

1) Die bekannte Bibliotheca des Konstantinopeler Patriarchen Ph. († c. 891).

2) Das Werk des Grotius führt den Titel: De veritate religionis christianae (Leiden 1627).